

B. Soror Maria ab Incarnatione, patriâ Parisiensis, genere nobilis, domi locuples, maximam Sanctitatis famam etiam in conjugali statu adepta, admonente per Visum S. Theresiâ Discalceatas Carmelitani Ordinis Virgines ex Hispania in Galliam euocauit: Inter quas deinde post Viri obitum in conuersarum numerum adscribi voluit. In Ambianensi primũ, deinde in Pontisarensi monasterio vixit: frequentissime Supernis luminibus ac cœlestibus visis, quodque pluris illa faciebat, tum interioribus animi doloribus, tum latenter impressis corpori Sacris stigmatibus a Deo dignata. Obiit Pontizarœ 18.ª Aprilis An. 1618. Suauissimum odorem expirans, quem tumulus frequentibus miraculis illustris, etiamnum exhalat.

Ioannes Lenfant Abbauillæus faciebat Parisiis 1657. cum Pri. Regis